Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



130

intendentib; & timere iudicantib: contraria iudeantur & non sint.

XLVII. Sequit mathe & die. & dimissa turba ascendit in montē solus orare.
Uespere autem facto solus erat ibi. Nauicula autē in medio mari
iactabatur fluctib; erat enim contrarius uentus. Quarta autem uigi
lia noctis uenit ad eos ambulans super mare. & uidentes eū super
mare ambulante turbati sunt dicentes quia fantasma. est. & clamaue
runt a timore. Statim autem locutus est eis dicens. Habete fiducia
ego sum. nolite timere. Et ascendit ad eos in nauem. & cessauit
ventus. & ualde amplius in semetipsis stupebant. non enim intellexerant
de panibus. Erat enim cor eorum obcecatum. Et transfretantes
uenerunt in terram genesaret. & applicauerunt. Et cum egressi essent
de nauicula. & cognouissent eum. Circumcurrentes uniuersam regionem
illam. coperunt in grabatis eos qui se habebant circumferre ubi audiebant
quia hic est. Quocumque autem introibat in uicos aut in uillas aut in
ciuitates. in platis ponebant infirmos. Et deprecabantur eum ut
tangerent uel fimbriam uestimenti eius. Et quicumque tangebant eum
saluabantur.

Et conuenit ad eum pharisei. & quidam de scribis. de hierosolimis
venientes. Et cum uidissent quosdam de discipulis eius. quia
cum manibus non lotis. hoc est non diuisis. manducant panes. Pharisei
enim. & omnes iudei. nisi crebro lotis manibus non manducant. tenentes
traditionem seniorum. Et a uiatico. nisi baptisentur. non manducant.
Et alia multa sunt quae tradita sunt illis. tenere. baptismata
calicum. & urceorum. & uasorum aeneorum. & lectorum. Et
interrogauerunt eum pharisei. & scribae. Quare non ambulant
discipuli tui secundum traditionem seniorum. sed manibus
non lotis manducant panem. Ipse autem dixit eis. Bene
prophetauit esaias de uobis hypocritis. sicut scriptum est.
Populus hic labiis me honorat. cor autem eorum longe
est a me. Sed uane me colunt. docentes doctrinas
et mandata hominum. Relinquentes enim mandatum
dei. tenetis traditionem hominum. baptismata
urceorum. & calicum. & alia multa similia
huiusmodi facitis. Et dixit eis. Bene
irritum facitis mandatum dei. ut
traditionem uestram seruetis.